



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Litaniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

## Litaniae.

- 1 **L**itaniae maiores, si incident in diem Paschatis, transferantur in feriam tertiam sequentem. Congreg. Rit. 25. Septembri 1627.
- 2 Præter Litaniæ Breuiarij Romani, & B. Virg. Lauretanæ Ædis, omnes prohibentur. Clement. VIII. Anno 1601.
- 3 Et præter peccatum, arbitrio Ordinarij poenæ imponantur. *ibid.*
- 4 Quas luant, & qui ediderint, & qui publicè recitarint. *ibid.*
- 5 Non licet addere sanctorum nomina Litanij, quæ habentur in Breuiario, licet sint Patroni locorum. Congr. Rit. 22. Martij 1631.

## Litterae dimissoriae.

- 1 **A**b alijs, quam ab Episcopis, dati non possunt. Trident. sess. 23. c. 10.
- 2 Sub poena, impetrantibus suspensio- nis ad arbitrium Episcopi, si ordinentur in maioribus; si vero in minoribus quod non gaudent priuilegio clericali, praesertim in criminalibus. *ibid.*
- 3 Absolutio à suspensione, de qua supra, in ijs, qui sunt nullius Diœcesis, spectat ad eum Episcopum, ad quem spectet dare dimissorias decisum refert Barbos. *alleg. 7. num. 20.*
- 4 Concedentes litteras contra Decretum ab officio, & beneficio per annum sunt suspensi. Trident. *loco cit.*
- 5 Vicarius Generalis habens generale mandatum in forma, potest, absente Episcopo, dare dimissorias ad ordines, & remittere interstitia. Congr. Concil. 4. Martij 1597.
- 6 De Capitulo sede vacante. *Vide cap. sede vacante num. 26. 29.*
- 7 Præatus habens ius cogendi Synodum potest dare clericis sacerdotalibus sibi subditis. Barbos. *loco citato numer. 8. & Rota in Salamanca iurisdic. 9. Maij 1594. coram Seraphino.*
- 8 Prælati Regularium dant dimissorias suis subditis. Clemens VIII. apud Barb. *alleg. 7. num. 18. & 31.*
- 9 Et in his exprimatur causa absentiae Diœcefani Episcopi, vel impeditæ or-

dinationis, si ad alienum mittantur Episcopum. decisum refert Quaranta V. Ordo 15. Martij 1596.

- 10 Poslunt dari ab Episcopo etiam ægrotato vel impedito. decisum refert Vgolin. de pot. Episc. cap. 26. §. 20. num. 11.
- 11 Item, si absit à sua Diœcesi, absentibus, & potentibus, & potest demandare examen Episcopo loci, ubi petentes degunt. decisum refert Batbos. *alleg. cit. num. 29.*
- 12 Debent regulariter pius examinati à proprio Episcopo, quām dentur eis dimissoriae. Trident. *sess. 14. cap. 3. & sess. 23. cap. 3.*
- 13 Ventur gratis, & sponte oblatum rei- ciatur. idem 3. *sess. 21. cap. 1. V. Ordo in genere, num. 26. 27. 28.*
- 14 Notarij quibus nullis est salarium con- stitutum, decimam aurei partem pro singulis litteris accipere possunt. idem *ibidem.*
- 15 Poena illis imponitur. *ibid.*
- 16 Accipere aliquid pro dimissorijs non est tamen simoniacum. Congr. Episc. 17. Septemb. 1587. *Vide Nauar. affirmatum consil. 67. de simon. num. 1. 2. parte 2. l. 5. ed. 2.*
- 17 Nec exspirant dimissoriae, tūm viuen- te, tūm defuncto dante; neque date à Capitulo per ingressum noui Episcopi. Barbos. *loco citato num. 23. 24. & Congr. Episcop. Anno 1600. apud Nald. Ordo num. 12.*
- 18 Non sunt negandæ litteræ commen- datiæ, seu dimissoriae ijs, qui non ha- bent beneficia requirentia residentiam, decisum refert Barbos. *alleg. 21. nume- ro 5.*
- 19 In dimittendis sacerdotibus ad alienas Diœceses videat Episcopus, ne dimi- tiat eos, quos ad titulum patrimonij ob- necessitatem suæ Ecclesiae ordinavit. ar- gumentum enim, esset, titulum minus legitimum esse ordinatiois, si necessitas non sit, possunt dimitti.

## ADDITIO.

- 1 **E**piscopo notoriè suspenso ob- lam collationem ordinum, pos- suant ordinandi adire apiscopos vicinos pro libito, absque dimissorijs. Barbos. *de*